



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1856**

CXXXI. Markgraf Ludwig ermäßigt die von dem Kloster Lehnin für die Befreiung von den landesherrlichen Vogteigerechtsamen zu zahlende Rente auf 80 Schock Prager Groschen, am 11. Mai 1343.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

petuis temporibus percipiendos et tollendos, prout in ipsorum literis desuper confectis lucide vidimus contineri, nosque annone predictae habentes indigenciam specialem, Abbati Priori et conuentui prenotatis in restaurum recompensam et subleuamen pensionis annue predictae condescendimus et condescendere decreuimus, habito super ipso ipsorum deliberato consensu et fauore in viginti sexagenis grossorum pragensium vsualium nobis in precaria villarum Detitz, Goritz et Damesdorph annuis temporibus et debitis solucionum terminis eisdemque donauimus et relaxauimus summam prenotatam cedentium et debentium sine omni impetitione vel inquietatione perpetue possidendam. Renunciantes pro nobis heredibus et successoribus nostris omni iuri respectui vel actioni que nobis in dictis viginti sexagenis precarie predictae competeant vel competere possent aliquo modo in futurum. In cuius etc. Testes Dux de Decka, Guntherus Comes de Swartzburg, Rylach curie nostre magister, Johannes de Hausen camere nostre magister, Wilhelmus Bomprecht pincerna noster milites etc. Datum in Monaco, Anno domini MCCCXLIII feria quarta ante Dominicam Iudica.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staats-Archives I, C. 4 in qu. Abth. 5 No. 31.

CXXXI. Markgraf Ludwig ermäßigt die von dem Kloster Lehnin für die Befreiung von den landesherrlichen Vogteigerichtsamern zu zahlende Rente auf 80 Schock Prager Groschen, am 11. Mai 1343.

Nouerint etc. Quod Nos Ludovicus etc. Pio considerantes et pretendentes affectu turbationes, molestias et iacturas, per bone recordacionis quondam predecessores nostros Marchiones Brandenburgenses eciam et officiatos nostros nobis in eodem monasterio Leninensi bonisque suis, vt nobis innotuit, per aduocatos multipliciter illatas eidem monasterio bonisque suis sibi pertinentibus ob salutem et perhennem memoriam animarum predecessorum, nostri, heredum et successorum nostrorum Marchionum Brandenburgensium in dictam turbacionem condescendere volumus et vsui ipsius generose subuentionis remedio subuenire, Mandantes singulis et vniuersis aduocatis ceterisque nostris officiatis presentibus et in posterum succedentibus, nostri fauoris et gracie sub obtentu, ne vquam de cetero ausu temerario a claustro, a curiis, a uillis et uillanis ac bonis eorum vbicumque sitis precarias vsitatas siue non vsitatas, quocumque censeantur nomine, extorquere debeant, seruicia siue curruum in lignis deducendis siue feno colligendo, cuiuscumque etiam alterius generis fuerint, percipere, seu pignorationes per se vel Bodallos terre facere seu pecuniam pro cuiuslibet seruiciis exigere, conuiuaciones seu iacencias, venaciones vel aliam quamcunque potestatem presumant exercere. In cuius libertatis seu gracie pleniorum recognicionem et confirmacionem dabit nobis singulis annis abbas Monasterii predicti octuaginta sexagenas grossorum Pragensium vsualium, in festo beati Martini quadraginta et in festo beate Walpurgis totidem et tantum nostre camere presentabit, hoc addicientes quod si dicte conuencionis seu presentis gracie modus in aliquo uiciatus fuerit vel transgressus per nos aut nostros quod ablit officiatos, ex tunc idem dominus abbas et conuentus Leninensis non obligabitur nobis nec tenebitur alicui ad soluendam pecuniam ante dictam et respectus ad nos per predecessores nostros Marchiones Brandenburgenses bone recordacionis deductus et deuolutus ad dictam extorsionem aduocaticiam in suo robore permanebit. Volentes nichilominus

et mandantes vt omnes nostri aduocati vel officiiati bona dicti monasterii omni fraude sublata tanquam nostra fideliter tueantur et defensent. In cuius etc. Testes Dux de Decka, Guntherus Comes de Swartzburg, Rylach curie nostre magister, et Albertus de Wolfstein cum ceteris. Datum Spandowe anno domini M. CCC. XLIII, Die dominica, qua Cantate cantatur.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staats-Archives I, C. 4 in qu. Abth. 5 No. 32. Vgl. Gerken Cod. II, 556.

**CXXXII.** Markgraf Ludwig verleiht die Hebung einer jährlichen Rente von 43 Mark an H. von Barbey wiederkäuflich, am 29. September 1343.

Nouerint etc. quod nos etc. contulimus et presentibus conferimus nobili viro domino H. de Barbey XLIII marcas argenti in clauetro Lenin, in quibus ejusdem clauetri conuentus debite pensionis annue nobis est obstrictus singulis annis super beate walpurgis medietatem et super festo beati martini totidem sine inquietatione ac impedimento quolibet nostri heredum successorum ac officiatorum nostrorum quorumcunque pacifice tollendas pariter et tenendas, volentes etiam easdem marcas post decessum domini Henrici prenominati ad capitulum ecclesie Brandenburg. redigi sub equali collatione, qua premititur, si ante solutionem marcarum predictarum decesserit, seu deuolui, Reseruantes nobis heredibus et successoribus nostris predictas XLIII marcas a predictis videlicet domino Hen. et capitulo ecclesie prius tacte redimendi seu reemendi pro trecentis marcis et XXX marcis argenti, dum voluerimus aut voluerint, plenariam facultatem. In cuius etc. testes Decka Swartzburg etc. Datum Stendal, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XLIII<sup>o</sup>. die b. michahelis.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staats-Archives I, C. 4 in qu. Abth. 5 No. 33. — Gerken Cod. II, 558 mit einer ausgelassenen Zeile.

**CXXXIII.** Markgraf Ludwig verschreibt obige Rente dem Domcapitel zu Brandenburg, falls selbige bei dem Tode des H. von Barbey noch nicht zurückgekauft sein sollte, am 29. September 1343.

Nouerint etc. quod nos contulimus etc. capitulo ecclesie Brandenb. XLIII marcas argenti in clauetro lehnin, in quibus ejusdem clauetri conuentus nobis annue pensionis nomine obligatur, sic ut duo fidedigni ejusdem capituli potiores vel vasalli ad vsum capituli singulis annis medietatem pecunie pretacte super festo b. martini et in festo b. walpurgis totidem sine inquietatione seu impedimento quolibet nostri heredum successorum ac officiatorum nostrorum, si ante decessum nobilis viri domini H. de Barbey prenominatam pecuniam pro CCC<sup>o</sup>. marcis non redimerimus, post obitum ejusdem tollent pariter et tenebunt; Reseruantes autem nobis heredibus et successoribus nostris sepius tactam pecuniam redimendi seu reemendi pro summa pecunie ab ejusdem ecclesie capitulo ut